Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dite ad petrā unde excisi estis. ⁊ ad cauernam
laci unde fossi estis. Attendite ad abraham
patrem uestrum ⁊ ad sarram q̄ peperit uos. qr
unum uocauit eum. ⁊ benedixit ⁊ multiplicauit
eum. Consolabitur ergo dnus syon. ⁊ consolabitur omnes
ruinas eius. ℟ Canite tuba in syon. uocate gentes
et annuntiate populis ⁊ dicite. Ecce dominus saluator noster
uenit. ℣ Annuntiate in finibus terre ⁊ in insulis q̄ procul sunt
Et ponet desertum eius quasi delicias. ⁊ solitudinem eius q̄si hortum dni. Gaudium
⁊ letitia inuenietur in ea. gratiarum actio ⁊ uox
laudis. Attendite ad me populus meus. ⁊ tribus mea
me audite. qr lex a me exiet. ⁊ iudicium meum
in lucem populorum requiescere faciam. Prope est iustus meus egredietur
ut saluator meus. ⁊ brachia mea populos iudicabunt
Me insule exspectabunt ℣ Quis aufert. ⁊
brachium meum sustinebunt. Leuate in celum
oculos uestros. ⁊ uidete sub terra deorsum. qr ce
li sicut fumus liquescent. ⁊ terra sicut uestimentum
attenuatur. ⁊ habitatores eius sicut hi sic interibunt